BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

CODEX FABRIANUS

DEFINITIONUM FORENSIUM, ET RERUM IN SACRO SABAUDIÆ SENATU TRACTATARUM,

AD ORDINEM TITULORUM CODICIS JUSTINIANEI,

Quantum fieri potuit, ad usum forensem accommodatus,

ET IN NOVEM LIBROS DISTRIBUTUS;

AUCTORE

ANTONIO FABRO,

J. C. Sebusiano, Sereniss. Sabaudiæ Ducis Consiliario ab intimis, & in Supremo Sabaudiæ Senatu Præside Primario.

ACCESSERUNT

JURA IMPERII NOVISSIMA ET SAXONICA,

NEC NON

RECENTIORUM PRAGMATICORUM CELEBRIORUM AUCTORITATES.

CUM VITA AUCTORIS, ET INDICIBUS NECESSARIIS.

Editio Neapolitana prioribus alibi antehac excusis longe ornatior, & accuratius castigata.

TOMUS PRIOR.



NEAPOLI, MDCCLXV.

EXPENSIS ANTONII CERVONE.

TYPIS VINCENTII MANFREDII.

SUPERIORUM PERMISSU.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

CAROLO EMANUELI
SERENISS. SABAUDIÆ DUCI,
SUBALPINORUM
PRINCIPI, &c.
ANTONIUS FABER, S. ET F. P.

QUOD mihi jampridem solenne est, ac propemodum in voto, SERENISSIME DOMINE, ut, quicquid unquam erit meæ sive industriæ, sive diligentiæ, tarum id Celsitudini tuæ devotum sit & consecratum, accipiendi me aliquandiu consilii tenuit, an hunc novum Codicem amplissimo vestri Senatus ordini inscribere deberem. Verebar enim, ne non servarem propositum, si alii quam tibi quicquam ex me dicarem. Præsertim vero, si hoc opus, quod etsi meminerem fortasse ingenii pro me laudem, majorem tamen haud dubie, nec fallor, apud omnes habebit gratiam, quam habuerint cetera, quæ a me non pauca in publicum hucusque prodierunt. Sive quod pigra multorum aviditas nihil tam impatienter scire desideret, quam quo jure utamur in forensibus disceptationibus, ne inquirendum habeat, quod difficilioris est investigationis, quo jure uti debeamus: sive potius, quod non tam novum, quam tutius tui Senatus opus esse, & hoc ipso longe præstantissimum existimari debere videatur. Subiit tamen illa statim cogitatio, alienum fore non minus a tui nominis gloria, quam a Senatus nostri dignitate, si Senatusconsultorum Sabaudiensium Codex mancipatus Senatui, non crederetur dicatus etiam Tibi, cujus augustissimum nomen, & quæ ex solo nomine, auctoritatem Senatusconsulta ipsa omnia magnifice præ se ferunt. Ubinam enim gentium aut illustrior, aut gloriosior CAROLUS EMANUEL, quam cum e Supremo Senatus sui solio judicat populus in æquitate, manuque illud implet sanctissima, cujus potissimum gratia Principem se a DEO Opt. Max. tot populis datum esse intelligat? Patuit ergo, quicquid hoc est operis, & debuit cum tua bona venia afferri Senatui, cujus non tantum imperiis inchoatum, sed etiam laboribus perfectum & absolutum est: Sed debuit etiam, ac primum Tibi, cujus auspiciis? Tantoque dignius ac convenientius, quanto præclarius tua facis omnia, quibus auctoritatem tuam impertiris. Tibi vero, non tanquam Principi solum meo, ut cetera, sed tanquam Principi Senatus, nec ut Mineti vel Apollini, sed ut Jovi, cui Astræa filia, sorori Themis, matri Æternitati, patri vero & Saturno non alias, quam Deus ipse Opt. Max. qui judicium suum Deæ dedit, & justitiam suam filio Daci. Utinam vero talis tantusque esset hic Codex, ut de tuo nomine ad exemplum Codicis Henrici nuper in Gallia editi potuisset inscribere CODICEM EMANUELEM. Fuisset id mihi longe glorioſius, quam de meo nomine, quod nullius plane pretii est fat filio, inscribere Fabrianum: Tibi autem, quod unicum ambitionis meæ votum est, multo etiam, si bene suspicor, acceptius. Sed majoris ea res erat & animi & ingenii, quam ut a me vel suspici vel præstari posset. Neque rursus video, quamam aperie tanti mysteria & tuo nomine digna posset occurrere, nisi forte illa, de qua te aliquando præstare dissertum audire memini. Cum miraris tam varias & contrarias interpretum nostrorum de qualibet fere juris propositione sententias, & tam multa non modo diversa, sed etiam plane pugnantia rerum similium dissimiliter judicatarum exempla. Videbaris enim, ut subobscure, quæsi te pro jurisprudentia nostra tantæ putaret inconstantiæ, velle non modo remedium quærere, sed etiam auxilium præbere ad tantam litium materiam e Republica profligandam, si modo se offerretur, qui tam idoneis paratique esset ad rem istam adgrediendam & perficiendam, quam tu facilis ad præstandam auctoritatem testandamque tuam in eo singularem, qualis erga literatos omnes esse solet, liberalitatem & munificentiam. Etsi vero non ego is sum, de quo te deberem credere tam cogitasse, ut me opus illud audere vellet, præsertim cum eo tempore adstarent gravissimi alii plerique viri ex majoribus tuis Consiliariis inter præcipuos totius Italiæ Jurisconsultos nominis & eruditionis famæ celeberrimi, quibus ea cura demandari tutius ac justius potuisset. Patebor tamen candide, pudorve eundo apud me sepenumero, non an digna res esset, de qua cogitare deberem [quis enim dubitaret?] sed an dignus ego, qui de ea cogitarem. Sive autem stultus me desiderium, quo ardeo tuæ capessendi & exequendi imperia, sive amor meus incredibilis erga Jurisprudentiam, quam habui semper ipsa propemodum vitæ mea charissimam, facile mihi persuasit, posse me, si juberes, etiam in hoc scribendi genere aliquid assequi, quod & animo tuo facere posset satis, & bono etiam publico non parum commodare: Ne essent in posterum tam incerta & vaga jura omnia, quam sunt hodie per imperitiam & inscitiam eorum, qui jus nostrum sive docendo, sive scribendo, sive judicando sic tractant, quasi ex opinione æstimandum sit, non ex ratione. Cupiverim tamen in tanto negotio temperamentum hoc adhiberi, quod esset certe paratissimum, ne quid nisi nudum a me operam & diligentiam exigeres, judicium vero utriusque Senatus tui interponeres, ut conjunctis tantorum virorum auctoritas judicii quoque tui accessionem necessario in adprobandis omnibus iis, quæ illi adprobassent. Quis enim ferret ex unius hominis etiam, qui me ingenio & doctrina longissime superaret, arbitrio judicioque constituī jura in universum, & quæ Respublicam universam in perpetuum essent obligatura? Esset id sane non modo periculosum omnis, sed etiam sine exemplo. Placeret autem, si tu probares, inscribere CODICEM EMANUELEM RERUM JUDICATARUM, qui titulus esset omnium amplissimus & ad universa, de quibus quæstio potest incidere, etiam minutissima quæque amplectenda commodissimus. Non esset quidem ex aperie auctoritas, ut ubique terrarum possit jus facere, aut inter alios, quam inter tuos: Sed tamen ferendum esset, fore, ut vel eam adprobaturi essent Principes ceteri, si rationis patissimum, jus gentium omnium commune est, auctoritate niterentur, vel exemplo tuo idem fallori, ut populis suis consulerent, quos videant eadem litigandi insania æque vexatos, fatigatos, lacerates. Publice nunquam utilius multo esset, in arcana vellent partem jus cognitum etiam paucissimorum statuere, quam dubium & incertum relinquere judicibus pro arbitrio constituendum, litigatoribus demandandum. At sum ego parum confidentes, qui post inchoata jam tot alia opera, quibus absolvendis vix trium hominum ætas vita possit sufficere, hoc præterea oneris mihi imposui videar cupere, quod, etiamsi alteri cuipiam esset, detrectare potius & excusare per modestiam meam deberem. Non nego. Sed sunt, ut Plato dicebat, inconsideratiores plurimum, impotentioris amoris, & eo hoc ipsum venia digni, tum quoque cum admirantes habent vel temeritatis vel audaciæ nomen. Tua mirabiliter, cole & obsequio, ac quod magis est, [cur enim dissimulem?] amore tua imperia, Serenissime Dux, tua incredibiliter Jurisprudentiam, ama denique, quicquid boni publici speciem habet, multo magis, quod rationi. Hæc nimirum fit, ut non pudeat præmittere, supra etiam quam videar præstare posse, scilicet ut intelligas nihil esse tam arduum, quod, si imperes, non sim aussurus, nihil tam difficile vel incommodum, quod, nisi prorsus mihi abhorrens fuerit, non sim præstaturus. Bene vale, PRINCEPS SERENISSIME. Vale iterum, & cum tuis omnibus semper felix vive: Ex Nesio Allobrogum 6. Cal. Decemb. 1605.

BIBLIOTECA CIVICA TORINO

ORDINI AMPLISSIMO SUPREMI SACRIQUE SENATUS SABAUDIÆ,

ANTONIUS FABER SENATOR S. P. D.

MIRANTES vidi antehac plerosque, nec miratos miror ego, Patres Conscripti, quid causæ esset, quod in tanta, quanta hodie passim est, scribentium copia, & eorum maxime, qui rerum a superemis undequaque tribunalibus judicatarum libros ediderunt, tam pauci ex nostratibus fuerint hactenus, in quorum animos hæc cupida pervaserit scribendi aliquid de jure: Qui vero Senatus nostri Placita, quæ tam multa eamque singularia in hunc usque diem prodierant, aut excoperit, ut evulgaret, aut excepta tandem evulgaverit, prorsus nemo: Cunctantibus scilicet universis & hæsitantibus in tentando eo, quod singuli non modo audere si voluissent, sed etiam exequi nullo negotio, nec sine summa ingenii laude potuissent. Nam a quo tempore pax recuperatam a Divo Emanuele Philiberto feliciter fortiterque Sabaudum Senatum hic noster ab eo non tam restitutus, quantaque nominis celebritate? Tanta certe, ut ex tot amplissimis purpuratorum Patrum ordinibus toto terrarum orbe fulgentibus, si quis quærat, quem huic nostro conferre possit, sive sanctitatis & integritatis, quod primum ac præcipuum est, sive, quod secundum nec minus necessarium, complexæ eruditionis famæ, inventurus fit fortasse non dicam pauros ne quid de cujusquam laudibus detrahamus, sed tamen nec valde multos. Quem vero jure deberat anteponere, plane nullum. Ac mihi quidem hujus rei causas perlepe diligentius & curiosius indaganti, tandem illa probabilior visa est, quæ prius occurrit, quod primeis illis tam nascentis Senatus exordiis perexiguum Senatorum numerus; sed qualium, Deus bone, quantorumque virorum! contriptas esset, quibus tamen non solum administrandæ justitiæ, sed propemodum totius etiam Reipublicæ gerendæ summa nostra ac periculosissimis temporibus credebatur, ne dubitari posset, quam vere olim a sapiente dictum esset, ibi salutem esse non ubi multorum, quod imperitiores ominantur, sed ubi multa sunt consilia. Nec enim facile in tam parvo numero quisquam esse potuit, qui sua viribus adeo confideret, ut a publicis functionibus sitis se otio subtrahere posse putaret ad rem tam momenti sedigrediendam, utilissimum quidem illum Reipublicæ & ipsa toto nostrum cœtu laudabilissimum, sed in qua tamen videret futurum, ut augeretur non de suis tantum, sed de universi præterea ordinis amplissimi dignitate. Graviterne dicam magis, an modeste? illa certe, quæ tales viros maxime decebat prudentia, qui neque gloriosum in re summi periculi aucupandam esse arbitrabatur, neque sibi adeo blandiendum, ut, in quo aliis etiam omnibus satisfieri posse crederent, in eo quisquam ipsorum sibi quæ omnino satisfacturus videretur. Nimirum, sibi potius quam aliis posse satisfacere, levioris ingenii judicique non leve argumentum est. Aliis autem omnibus ita quam satisfecisse, ut sibi uni minus satisfecerit, nihil certe aliud ob quam cæterorum omnium ingenia judiciaque, si non semper judicio, saltem ingenio votoque superasse. Et vere nihil aut prudentius aut sagacius ab iis provideri potuisse, postea ex eventu apparuit, cum ob id solum, quod tam pauci Senatores tot negotiis sufficere non possent, unius dumtaxat exercitatissimi diligentiam superiorem esse, multitudini vero rerum eodem tempore tractandarum indubitam paucorum hominum, ne quidem parem. Aut ubi corpus Senatus nullet esse non Cathone vel doctior, sed auctior (tanta enim illa majorum nostrorum sanctitas & eruditio, cui nihil penitus deerat, per non retineri tantum potuit, non augeri) experiunt quoque multi ex nobis percupere, ut se aliquis offeret, qui hanc sibi operam utro indicaret, nonnulli etiam sperare aliquando & brevi futurum, de quo amplius non dubitabatur, quin fieri tandem & posset & deberet. Memini equidem, cum pleno Senatu hic de re forma primum instituebatur, quique Senatui ea die admodum placuisset in quodam Placito, cujus memoria digna videbatur, quæ & ab posteris, & ad exteros transmitteretur, Virum Clarissimum Raymundum Pubellum, qui tum secundas in Prætoribus partes tenebat, magnum quidem illum, sed majorem hac ipso Catharini illius Protoprætoris nostri filium, nobilem omnium, quotquot tum aderamus, sive secundum, sive pusillanimitatem graviter more suo, severeque increpare, quod cum sibi fere quisque privatim Senatusconsulta exceperet, nemo tamen de iis in publicum edendis cogitaret, quasi privatæ quidem utilitatis aliquam, at publicæ nullam penitus rationem haberemus: cum non esset ex nobis, qui non videret accidere quotidie, ut incredibili & litigantium vexatione & patrimoniorum jactura novæ passim lites suscrescerent, ob id præcipue, quod ea ipsa, quæ jam multoties judicata fuerant, ignorarentur, & ex ignoratione in dubium revocarentur. Mox conversis in me unum oculis; Quibus tu, Faber, inquit, hanc potissimum curam suspice, & in illa ætate, quæ longiores annos pollicetur, uberrimam gloriæ seclere occupes, quam esti forte quis alius sit audentior, vel ambitiosior propterea tibi vellet, deberes etiam invidere! Satis jam superque & otii & negotii literarii fabulis dedisti, aut Consuluratum libris editis (sic enim priores jam tum edideram) & quid in eo scribendi genere assequi ac præstare possis, non infeliciter ostendisti: Reliquum est, ut te posthac totum manipes curiis subitisque facendibus, unde majorem tu laudem, Reipublicæ utilitatem, hic denique Senatus noster dignitatem sit reportaturus, Patres, qui tum aderatis, & ut tanti Prætoris consilia pro jussis vestris capesseretis, cohortati alii, suadentes, imperantis. Quid fecissem ego? Annuiseemne pariter, an negassem? Attonitus tonerarii fortasse erat hominis & imprudentis. At negare sanctimatis certe fuisset, ac impudentis. Poterum quidem modestius nec inepte Poeticum illud usurpare:

Ex nostrâ unum
Eligat Ordo virum, dum non sit in omnibus unus.

Quis non enim ex reliquis me uno diligentior, eloquentior, eruditior, ut tanto molis opus & aliquali fecurius, & perpetua felicius posuisset? Erant omnes fere ætate, ita ingenio multaque forensium negotiorum universitatione longe provectiores, ac, quod erat prorsus consequens, multo peritiores & judicatarum rerum & judicandarum. Ego autem novus plane rudisque Senator, & ingenio non quidem a prava penitus alieno, sed tamen, ne quid dissimulem, propensiore in eam scribendi rationem, quæ ad theoriam, quam quæ ad praxim pertineret. Etenimvero cum res in eo esset, ut vel de nominis mei fama, quæ jam tum aliqua fuboriri crederetur, vel de constanti mea perpetuaque in amplissimum Ordinem observantia necessaria mihi periclitandum viderem, periculo fanæ obsequi laudem pretii, quam ipsius etiam vitæ pretio comparandam, si nondum parata: Sin autem, superandam redimendamque esse existimarem. Præsertim cum meum sive industriam, sive diligentiam videam, tibi, inquit, Patres, in ea re, quæ laboriosi magis, quam ingenioli operis esse dicebatur: In quo saltem genere aliquid afferre excusationem, quid aliud est, quam & infelicitæ & negligentiæ omnium fœdissime inhonestum venialem quærere? Nec mora. Idem mihi & exequendi fuit ardor, cæpesque ab inde notulas Senatusconsultorum, quæ quotidie memorabiliora reddebant, non delibi referre in Commentarios tam accurate pertinaceque contentus, ut nil pene casurum aut præterirent, quod observatione aliqua dignum videretur: Tanta vero in Senatum veniendi assiduitate, ut absque me ex quam contigerit per totum illud decennium, quo mihi non alibi quam inter vos vivere ac laborare datum fuit, nisi casu vel a vobis, Patres Conscripti, legatus ad Serenissimum Principem, vel a Principe, nunc hoc, nunc illum principiam pro temporum necessitate missus parere habui necesse. Ita factum est, ut congestis per tot annos quamplurimis jam scitis, & si eum usque numerum, qui totum opus concludi posse videbatur, jam absolutum putarem, quod postea superi vix dum hæc tum fuisse inchoatum: Non absimilis hac parte Menandeo illi pictori inter Græcos cuidam, qui tertio ante eximendam Comœdiam die, quam multis antea mensibus componendam receperat, increpitus ab amicis, quod nondum de effigienda ea cogitaret, facete non minus quam considerate respondisse fertur, Bono ut essent animo. Jam enim se compositam habere, nec quicquam sibi faciendum amplius nisi versus, superesse. Ultimum vero, quam erat illi facile conceptam mente Comœdiam continuo elegantissimis verbibus eloqui, tam expeditum mihi fuisse paratam hujus operis materiam ea demum forma, quæ convenientissima videri omnibus debuisset. Satisfeciffem longe cla-

rius

tiae ac oppetuniae, & imperiis vestris, Patres, & multorum votis; qui a quo tempore hanc a me susceptam operam, & inchoatam audiverunt, ut absolvere pergerem hortari primum, postea instare amice, tandem jure quodammodo & suo & publico, quasi in populari actione, quod totius Reipublicae, fasque potissimum interesse dicerent, urgere non destiterunt. Torsit vero me illud praecipue, diuque animi pendentem tenuit, quod videbam magnos illos viros, quibus idem studium & propositum fuit conscribendarum, ut vocant, Decisionum, quique in eo scribendi genere praecipuam ingenii & industriae laudem consecuti existimantur, tam vario dissimilique stylo scripsisse, ut, quem potissimum ex iis in exemplum, & ad imitandum proponere deberem, plane non constaret. Sunt qui nimio brevitatis studio tantopere se arctaverint, ut Decisionum notas quasdam, & ut loquuntur, summaria potius, quam Decisiones scripsisse videantur. Alii lata nimis verbosaque oratione in tam longas prorumpunt disputationes se effuderint, ut Disputationum & Quaestionum libros scripserint verius, quam Decisionum: quo vel maxime nomine ipsa pulchrimum brevitas meo judicio significatur. Sunt, quibus placeant rariores juris allegationes. Alii, quibus frequentiores & copiosiores. Nonnulli, quibus ex tantum, quae ex purissimis Jurisprudentiae fontibus haustae sint & derivatae. Plures vero, qui laboris dignitatem praeposterа ostentationis diligentiae ex facilitate metientes, nihil nisi interpretum auctoritates sine discrimine collectas congerant, eoque uno labore, qui omnium ignobilissimus mihi semper visus est, maxime gloientur. Omnes fere, si unum Joannem Lucium Gallum excipiam, ductum quidem illum, sed cui eloquentia Budaei pro Papinianea fuit, adeo sibi placuit in antiquis & obsoletis verbis revocandis, scripsisse videbam, non modo vulgari sermone & incuriose, sed pene barbaro, certe qui nihil prorsus simile habeat cum tersa illa prudentum nostrorum oratione. Incredibile planeque lugenda saeculi hujus infelicitate, quae apud pleraque gentes eos solos pro magnis Jureconsultis habet, qui non minus barbariem, quam legum peritiam profitentur, Elegantiores vero scriptores, quos tam multos haec aetas tulit, non nisi pro Grammaticis, quasi vero clarissima illa jurisprudentiae nostrae lumina & numina, Ulpianus, Paulus, Scaevola, Pomponius, Julianus, Papinianus, quos toties nomino, toties miror, totius illupeo, nisi quae post tot vigilias infantiam & inscitiam deploro, praestantissimi tantum Grammatici fuerint, Jureconsulti vero, si barbaris istis credamus, nullo modo. Debueram cum Joanne Lucio, Annium Robertum exigere, scripturem aequa Gallum, sed longo intervallo, si qui mei judicii est, tersiorem doctioremque. Ex excepissem sane quam libenter, nisi quos ille superioribus annis post opus nostrum inchoatum edidit perelegantes Rerum judicatarum libros, sic effarmillet, ut facile appareat, praecipuam a tanto causarum patrono fuisse collocatam operam, non tam in judicatis rebus perlustrandis, quod si soli videntur posse tertius facere, qui ex judicantium numero fuerunt, quam in Advocatorum actionibus & declamationibus egregie concinnandis, omnique & politiorem literarum & eruditionis promiscue laude illustrandis. Quod quia tam praeclare feliciterque affectatus est, ut frustra necam aut Quintilianum posse superare, tanto minus utique imitationis necessitas caeteris injungenda fuerit, quibus praecipuit illo imitandi facultatem: quae erit omnibus salva esset, tamen nec ad imitandum quidem proponendus erat nobis, qui non Declamationum aut Disputationum forensium, ut ille, sed Definitionum libros meditabamur, pluraque millia conscribenda suscipiebamus, quam illa vjcma conscripsisset. Quis enim scribendi finis esset, aut quis otii vel negotii modus, si tot Senatorius, ut ad Decisionarios nostros redeam, quam quod omnes video, pene nullo ordine, sed confuse ac in folle sic tractasse, omnia, materiarum nullo sibi praescripta serie, ut diligenti & avido lectori multo difficilius sit & operosius, quid quo loco ab iis dictum sit perquirere, quam ubi invenerit, quae illi dixerint, aut sensum, aut rationem dictorum investigare. Unde fieri & evenire necesse est, ut pleraque scitu dignissima passim negligantur, etiam quae prius fuerint & avidissime deliberata, vel saltem minus apta imitatio videretur; reliquum erat, ut consilium caperem ejus instituendi operis, quod & novo clarescoret nomine, & novam methodum, novum stylum, nova denique omnia praeter ipsa rerum pondera & momenta ex veteribus prudentum monumentis & consentientibus interpretum sententiis deprompta, pro se ferret. Id vero non melius nec aptius a me praestari posse credidi, quam si ex ordine titulorum Codicis Justiniani Placita disponerem, eaque variis quidem, quamvolutionibus interrupta, ut non modo breviora essent, sed etiam ad legendum & intelligendum expediora. Stylum vero cum quis libris nostris usi fuerint, sed paulo familiarior, & nihi me fallo, ad usum pragmaticorum accommodatior, nec tamen tam horridus & incultus, ut eum ob causam vereri politores debuerint, ne stomachum iis & nauseam facturus esset; nimirum ut haberent docti, in quo sibi placerent, haberent etiam ex pragmaticis nostri minus periti, quod & intelligerent & amarent. Jampridem enim compertum habeo, quam valde piscis scriptores ille esset, qui non vellet scribere, quam docte & ad Papinianeam jurisprudentiam eruditi. Itaque inscripsi Codicem, ut quivis intelligeret ad exemplum Justiniani effictum fuisse. At non Decisionum, ne vulgari nimis tritoque nomine, forcassis etiam in hanc sensum barbaro, rem elegantissimam & perspicuissimam expromere viderer, sed *Definitionum*, quod vocabulum a Papiniano nostro jam olim usurpatum, semper creditu sit proelitate & auctoritate fit, ut litigantur lites, definiantur & terminentur, ne ulterius progredi possint: quod inferiorum *virorum in foro Senatu tractatorum*, ne quis forte dubitare posset, quin eo nomine non Definitiones illas Logicas, quae ad quaestionem per Quid est, respondent, sed has ipsas, quas vulgo Definitiones dicunt, significatas vellemus. Placuit vobis inscripsi, Patres, placuit methodus, placuerunt ipsa etiam, quod praecipuum est, Definitiones, nisi vos clarissimorum Senatorum, quibus nominatim legendum accuratius profundumque opus dedidi, relationes tetiationesque fefellerunt, quarum fide vobis facile persuasum est dignum illud videri, quod in publicum ederetur. Neque tamen, quod ante decreveram, *Codicem Tabularium* inscribere volui. Non ob id solum, ne nimis arroganter id a me factum causari quisquam posset, veram etiam, ne hujus nominis auctoritate fieret fortasse, ut quis crederet, non aliis legibus, aut moribus, aut Senatusconsultis nostram regi Sabaudiam, quam quae a me collecta, & in hanc Codicem redacta essent, neque pudeat vobis liberum fore, Patres, ab eo jure recedere, quod & Sabaudiorum a me dictum, & a vobis sub eo nomine approbatum fuisset. Mihi ergo, neque hoc sine vestro judicio, inscribere *Tabularium*, ut non majorem sibi apud nostros, nedum apud exteros gratiam & auctoritatem aucupari, quam quae nomini meo debentur, id est plane nullam, nisi quam ipsa juris ratio & dignitas, scriptis cujusque vel minime legulei praestare posse, utque omnes intelligerent, si quid est in tam hoc opere, quod a tanti Senatus aequitate ac eruditione alienum videri possit, totum id mihi uni, non Senatui acceptum ferri oportere. Scripsi equidem omnia, ut in re tanti momenti fieri oportuit, ex bona fide, neque, ut a multis aliis alibi factum est, ex alieno auditu, aut ex tantum quae vidi ego ipse & audivi, *& quorum pars parva fui*. Sed scripsi tamen, quae ingenii mei tenuitas est, fieri non semel potuisse, ut meliorem Senatus mentem vel minus bene perceperim, vel minus apte expresserim: Quarum alterutrum si quando accidit, ne id mihi, neve publico fraudi sit, a vobis, Patres, quanta possum animi submissione supplex oro, petoque, ut, quicquid illud est, vos pro auctoritate vestra tollere, aut emendare, vellitis, jubeatis, quasi non magis a me unquam scriptum fuerit, quam a vobis vel dictum, cogitatumve aliquid in tanto artis opere, quod aequum & bonum, quod justum, quod sanctum & eruditum sit deprehenderint vero, si quae plane mihi blandior, hunc generis certa non pauca) id omne, quantumcunque est, vestrum esse profitebor ingenue, ac ut veteri morum ita esse agnoscant vestramque sanctitatem & aequitatem fusipiant, exopto. Atque utinam hujus tanti Ordinis dignitati conatus hic meus vestris imperiis fuscepus respondere potuisset. Facile mihi persuaderem fore, ut inter libros generis scripta tam multa, Cohde Farrianus, quem, si ita esset, vestrum verius, quam meum posset dicere, non postremum locum obtineret. Quibi etiam primum, si tam graves tallium virorum sententias tot tantisque rationibus ponderibusque illustratas in singulas partium dispositiones, ipsam denique vestrum omnium eruditionem cum summa integritate consultam, quam experientiae mea non fuit industriae, saltem adumbrare ac delineare potuisset? Nam ne singulos commemorem, quos in hoc augustissimo Themidis sacrario cum sedentes intuear, totidem Papinianorum confessum mihi videor intueri, quorum & nomini fidei honoris ergo resenare, & merita singularia sigillatim prosequi liberet maxime, si par modestiam vestram liceret. Illos, obsecro, quamquas viri fuerunt illi nunquam morturi Pobelli molleri, Milletti, Lyobardi, Valletti, qui primus in hoc Senatu a primo ipso erectionis tempore ac ordine, tanta cum laude renuerunt? Ta vero imprimis, Carole de Rochette, Procis amplissime, qui ad incredibilem juris dicendi peritiam longo usu fanditam exercitationem adjunxisti tantam nominis celebritatem, tam multis tamque praeclaris honorificentissimis perfunctis legationibus, ut

exteriorum quidem in præcelsa ista dignitate decessorum tuorum gloriam facile exæquaris, superaturus haud dubie, si qua vel arte vel ratione superari ea unquam ab aliquo potuisset. Exterorum vero etiam, qui de nomine solummodo te norunt, admirationem excitaris, sed eorum multo magis, quibus contigit, ut virtutum tuarum spectatores fuerint, antequam vel auditores, quod ipsum tamen vix ulli contingere unquam potuit, vel admiratores. Nam sive Placitis extemporaneis perplexissimas & intricatissimas quasque lites præcidere Senatus velit, quod te uno maxime Præside solemne illi est facere, quid mirabilius, quam te audire formantem simul & recitantem Senatusconsultum ex tempore, tam apta politaque verborum & rerum consonantia, ut nec ipsa temporis & calami opportunitas, si adesset, excellentius quid unquam elaborare posse videatur?

Aut quis prudentior unquam
Consilium mediis rapit gladiator arenis?

Sin ex scripto & secretiore consulto definiri litem placeat; quis aut in proponenda facti specie, litisque difficultatibus enarrandis rate uno eloquentior, aut in Senatorum sententiis ponderandis, non minus, quam numerandis exactior, aut in novis versique rationibus indagandis perspicacior, aut denique in moderandis & temperandis ex æquitate asperitatibus juris, in quo maxime supremi Magistratus singularis quædam Majestas elucet, prudentior unquam fuit, & religiosior? Sic denique sentiunt omnes, qui te non modo Præsidem, sed etiam Præsidentem vident, præcipue quidem illius dignitatis functionem tibi commonem esse cum multis, sed functionis dignitatem certe cum paucis. Patere, vir clarissime, nos ut laudetis a me, qui tantæ rei omnino imparem me sentio (etsi ad Senatus nostri gloriam hoc quoque pertineret, ut, quod a Præsidibus omnibus ex officio fieri debet, te jam olim Ulpianus noster dixit, laudes tuas non gravate audiret, si tam facile mihi esset laudare te, quam colere est & observare) sed ut ex amplissimo laudum tuarum campo flosculos istos delibare mihi liceat. Ne si in eo, quod omnes sciunt & prædicant, solus ego taceam, plagio id simile potius, quam vel modestiæ tuæ, vel insitiæ meæ adscribendum existimetur. Illud plane nec tacere possum, nec dissimulare debeo, PATRES CONSCRIPTI, in tanta honoris accessione, quanta mihi obtigit ex illustrissimi & Excellentissimi Henrici a Sabaudia Gebennensium Ducis liberalitate ac munificentia, cum salva Senatoriæ purpuræ dignitate adscivit me in Consilii sui Præsidem, annuente Serenissimo Principe nostro, vobis vero ægre quidem ferentibus, qui singularis vester in me amor semper fuit, sed tamen non reluctantibus, sicut præclare testatum mihi ac pene supra quam sperare licuerat, cætera omnia (quid enim gloriosius accidere potuisset, quam tantis Principibus, ut sanguine, ita consensione animorum conjunctissimis, non modo placere, sed etiam non ingratum utrique ex ordine servitutem exhibere?) ita hoc unum minus feliciter, quod inter vos rarior sedeo, eaque fracta suavissimo quotidianæ consuetudinis vestræ, qua nihil aut honorificentius aut dulcius cuiquam esse possit, quæque ipsa per se mihi omnium optima schola semper visa est, in qua qui legit, docet, qui docet, audit, qui audit, studet. Quam vero fuisset hoc opus non solum voluminis magnitudine, quæ, ut Plinius dicebat, non minus libris, quam rebus cæteris fere omnibus pulchritudinem aliquam solet adjungere, sed etiam Definitionum varietate ac præstantia excellentius, si me, ut Senatorem perpetuum, sic Adsessorem quoque assiduum Senatus noster habuisset! At quoniam aliter res cecidit, majore fortasis & amplissimi Ordinis & totius Reipublicæ bono ne scribendi materia deesset, si quis se exereret ex tam multis, qui possent, si vellent, quem velle contingeret feliciore calamo idipsum præstare, quod mihi tentare satis fuit, non eo minus sperare a vobis, PATRES, & contendere debeo, ut opus hoc meum qualecumque tandem aut erit, aut esse aliis videbitur, sic accipiatis quasi vestris primum inchoatum auspiciis, vestra auctum elaboratumque industria, vestro denique non modo absolutum imperio, sed etiam permissu editum nunc, & promulgatum. Ita fiet, ut exemplo vestro, quod reliquo terrarum orbi omnium instar esse possit & debeat, exteri quoque Senatus esteri, etiam quibus meliora domi nascuntur, laborem hunc nostrum laudaturi sint, fortasis etiam judiciorum fascem, & judicatorum auctoritate comprobaturi. Quod si eveniet, juvat confidere futurum, ut ad lites si minus exterorum, saltem nostratium non modo terminandas & finiendas, verum etiam minuendas (quod unum & providentiæ vestræ & diligentiæ meæ votum fuit) non parum adjumenti Codex hic meus allaturus videatur. Sin, quod abominor, hæc me spes fallet, ea tamen suscepti laboris memoriam semper renovabit cogitatio, quod & vobis paruisse in audendo supra quam exequi potuerim, perhonorificum mihi fuerit; & publice privatimque omnibus prodesse voluisse, ipso etiam conatu gloriosum. Valete, PATRES CONSCRIPTI, & qui Fabium vestrum semper ut fratrem dilexistis, semper ut filium amastis, nec unquam, ut spero, diligendi amandique finem fecistis, serte opem nascenti nunc primum CODICI FABRIANO, Patrum Senatorium ex nomine, oreque paterno agnoscite atque agnitum benignis & oculis & manibus pro humanitate vestra excipite. Favete nato, plaudite infanti, quasi nunquam, si quid vobis possum, morituro, æternamque meam erga vos & omnes & singulos observantiam ac pietatem etiam apud exteros posterosque fideliter tandem & enixe, uti loqui & audiri cœperit, testaturo. Iterum valete, salvete & vivite. Ex Necio Allobrogum, 3. Cal. Decembr. 1605.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

LECTO-